Caja
A-44

~~E=1 9=8 N=7~~

Responsio Cardinalis Bellarmini ad Calumnias cuiusdam scripti Anonymi

Peruenit ad manus meas scriptum sine nomine autoris cuius titulus est, quid liceat vel non liceat facere circa venerationem hominum mortuorum ante eorum Canonicationem vel beatificationem sine sedis Apostolicae licentia. Quod quidem scriptum non esset difficile adiuinare cuius sit sed quia latere cupit author neque ego prodam suspicionem meam. Quia vero in eo scripto meum nomen aperte carpitur & scriptum ipsum magna ambitione cubicula S.R.E. Cardinalium penetrauit permittere non potui neque debui ut calumnia in Cardinalem sine responsione per aures & ora Cardinalium volitaret. Duo capita opusculorum meorum pertingunt quae capita si legerentur ab hominibus qui scriptum anonymum perlegerunt noua responsione opus non esset sed quia plurimi ea forte non legent proferamus in medium scripti anonymi verba atque ad ea breuissime respondeamus.

Mirus inquit probile videtur quod asseruit Dominus Cardinalis Bellarminus Tom. 1º controuers. lib. 1º de sanctis c. 8 circa finem B. sanctos veteres coepisse coli in Ecclesia vniuersali non tam lege aliqua quam consuetudine cum nullus vnquam sanctus fuit in Ecclesia receptus & cultus sine certa lege & legitimo decreto & vere existimauit & probauit Dominus Cardinalis Baronius in notis ad martyrologium Romanum + die Aprilis & late etiam persecutus Doctor Ioanes Molanus in lib. de Martyrologio.

Haec in eo scripto cuius autor non mea solum scripta reprehendere sed etiam meum Illmo & Doctissimo Cardinali Baronio committere voluit ut qui multis nominibus coniunctissimi sumus saltem scriptis libris dissidere videamur sed non obtinebit quod cupit calumniae enim nebulae euanescant & me id ipsum quod Cardinalis Baronius scripsit sensisse licet clarius in opusculo meo de sanctis lib. 1º c. 8

Distinguitur duplex Canonicatio particularis & universalis. Particularis dicitur qua Sanctus aliquis sive Martir sive Confessor colendus proponit ut in particulari Ecclesia Ecc.ae universali qua toti Ecc.ae colendus proponit ~~sic~~ sic ut nemini Christiano liceat de eius Sanctissima Sanctitate & beatitudine dubitare ~~at~~ sed particularis quaedam canonizacio antiquis temporibus ipsorum particularium iudicio comissa erat ut in eadem loco ante probavi testimonis sancti Cipriani & Bom. Vualdensis & soc ipsum docent Optatus & D. August. quos Cardinalis Baronius citat itaque non scripsi neque sensi ut iste autor eiden vult me scripsisse & sensisse, licuisse olim sine ullo equali iudicio vel decreto Sanctos omnes publico colere. De universale canonizatione occupantur mos veteres sanctos non certa lege sed consuetudine universali Ecc.ae non sine expressa vel tacita summorum pontificum approbatione Canonicatos fuisse integer githum sensus verborum meorum. Sic est eos sanctos qui colebant in particularibus locis decreto particulorium Episcoporum caepisse paulatim coli in Ecc.a universa non certa aliqua lege vel decreto sed Consuetudine ab omnibus Pontificibus consensu tacito aprobata.

Quod quidem verissimum esse non dubito neque omnino video quod contra dici possit quero enim quis fuit ut sanctus Martinus Sanctus Nicolaus Hilarius & in ~~ume~~ numerabiles alii in universa Ecc.a publico ita colunt ut nefas sit de eorum sanctitate dubitare id enim summi Pontifices neque bulla Canonicationis neque historia ulla testantur. Episcopi autem particulare neque seorsum (?) in iis sedibus suis neque in concilis congregati totae Ecc.ae legem dare possunt neque eorum iudicium certam fidem facit nisi accedat illius confirmatio cui Dominus ait & tu aliquando conversus Confirma fines tuos quaerat igitur autor illius scripti solidum fundamentum si ei non placet universales Ecc.ae consuetudo quae Sancto Augustino in eiusmodi observationibus pro lege semper fuit ut videre licet in Epistola 118 119 120 & alibi quaerat inquam solidum fundamentum super quo nititur fides quam de certa atque indubitata beatitudine habemus veterum sanctorum qui non leguntur nominatim a summis Pontificibus Canonicati quod enim autor scripti dicit in explicatione prima sua conclusionis Episcopos potuisse sine canonicatione

Canonicatione antequam summi Pontifices id sibi reservarent ius
timere & periculosum vera enim & absoluta Canonizatio quæ
toti Ecclesiæ sanctos colendos proponit & quæ certam fidem facit num
quam ad Episcopos particulares pertinebit neque id summi Pontifices recense
runt sed eorum potestatem proprie pertinet ut pertinent omnes
aliæ caussæ maiores & qui contra sensit ut certe videt aut Scr scripsit
sentire P. dum ~~au~~ dit canonizationem sanctorum omnes Episcopos
pares summo Pontifici facit prohibuit quidem Alex iii & postea
Innocentius iii ne quis publice tanquam Sanctus colatur sine censu
Apostolicæ Sedis sed non inde colligitur ante sane prohibitionem
ius canonicandi penes omnes Episcopos fuisse nisi fortem sua part
ticulari Ecclesiæ ut supra diximus sed ea canonicatio neque absolute
Canonicatio dici potest neque certam fidem faciebat neque Univer
salem Ecclesiam obligabat

Venio nunc ad alterum caput quod aut Scr scripsit velticat in opus
culo meo ex omnibus inquit prædictis patet responsio ad unum pro
positum P. circa non dum Canonicatos non licere aliquem cultum
solemnem aut publicum eis exhibere neque eorum offerta publice
celebrare neque nomina eorum militariis enumerare neque in martyrologiis
describere neque in die obitus illorum campanas sonare neque pingere ima
gines cum diademate vel miraculis neque illa omnia circa illos ampla
præstare quæ videtur constituisse Dominus Cardinalis Bellarmi
nus Tom. 1o Controvers. lib. 1o de sanctis C. 16

Hæc ille ego vero non amplificasse sed nimis in angustum redegisse mihi
videor honorem qui viris egregiis nondum canonicatis debet nega
vi enim eos posse publico prædicari tanquam sanctos negavi posse
publico invocari negavi posse militariis vel divinis officiis nominari
negavi altaria & templa in eorum memoria erigi negavi posse imagines
eorum cum diademate pingi. l. in templis collocari quasi essent cano
nicatorum imagines negavi denique reliquias eorum publice honorandas
posse proponi estne aliquid quod addi potuerit & dici isti posse hominem
non canonicatum appellari Sanctum ita est sed & Sanctus Bernar
dus vocavit Sanctum Malachiam statim a morte & Victorem dus
Otbone Sancti dici cepit Sanctus quoque Tho. Sanctum appellavit Bona
venturam ad Sue in carne mortali viventem Sancta Catharina

Genensis in epistolis suis Sanctum perpetuo vocabat Agnetem pe-
litanam recens mortuam et alia id genus exempla sexcenta afferri possunt et quid mali facio si quem sanctum esse pie credo sanctum esse omnino at tali posse privatim coli et invocari eos qui cum sanctitatis opinione decedunt neque id nego quia nullus negat id me fieri. Dixi posse privatim alumnos alicuius sancti viri nondum canonicati in eius anniversario die peculiariter laetari et Deo gratias agere sed quoque concedo et non sine exemplo antiquitatis et ratione dixi isti posse imaginem viri nondum canonicati pingi et retineri et honorari disci omnino et quod dixi posse fieri facio nisi forte honorem putire magis me-
retantur. Vere clari et ægrotis et religione et pietate conspicui dixi iste reliquias hominum mortuorum nondum canonicatorum posse privatim haberi et coli verum est et qui negat id vale imperitum se ostendit. Historiarum quibus vitae sanctorum continentur non solum mortuorum sed etiam viventium qui cum opinione sanctitatis inter homines versati fragmenta vestium sudariorum cingulorum reliquias ciborum capillos aquam lationis manus et similia pie capi solita testantur Historiae de vita sancti Bernardi sancti Francisci et aliorum coepit autem haec consuetudo Apostolorum tempore deferebantur semicincta et sudaria a corpore Pauli super aegrotos ut scribit sanctus Lucas Act. 19. et in d. c. per universam Ecclesiam hoc pietatis genus propagatum est neque concilium Lateranense prohibet primo tum reliquiarum novarum cultum sed publicum tantum ut ipsa verba per se fidem faciunt illud autem fateor me sine stomacho legere non potuisse quod in extremo scripto author dicit eos nunc honorari qui non solum canonicati non sunt sed quos vix dum meruit aliqua excellentis vitae fama commenda-
bat. 4. negavi posse dies festos in eorum honore celebrari.

Hic enim iam non ego solus pungor sed pungunturi ipsi viri praeclarissimi quorum monumenta plena virtutibus atque heroicis operibus scripta extant et centenque prorsum neglectum est cum sanctis viris quamvis nondum canonicati bellum gerere multo minus decet iis detrahere qui ex Christiana religione optime meriti in Domino requiescunt et cum ipso Domino ut pie credimus feliciter regnat quod sicut hic scripsit Ignatium Loiolam vel solam vel potentissimum notare voluit ut

multi

Multi non sine causa suspicant sciat se incuriam fecisse mul
tis pijs & religiosis viris qui cum Ignatio Loiola dum uiveret fa
miliariter versantur ac demde legitime examinati deposuerunt
Ignatium fide spe charitate pacientia continentia humilitate
orationis studio alijsq. christianis virtutibus ita inclaruisse ut per
fectionis exemplar merito haberet qui recte falsi testimonij & mo
latiuris curandi rei ~~fuerunt~~ essent si Ignatium dum uiveret nulla
excelentis vite fama commendasse fecisse in curia Regie catho
lico multis alis magnis principibus tam viris quam foeminis qui
pro Ignatii canonicatione soliciti fecerunt & sunt quod non est veri
simile canonizari voluisse hominem quem nulla excelentis vite
fama commendasset incuriam quoque fecisse Sacre congregationi
Ill.morum Cardinalium qui ritibus ecclesiasticis prasunt que
congregatio non censuisset ut censuit posse dari ab Apostolica sede
literas compulsorias ad Episcopos pro informacione capienda de Igna
vita & miraculis si sunt virum nulla excelentis vite fama
commendasset adde etiam incuriam fecisse duobus summis Pon
tificibus Paulo iij & Marcello ij quibus Ignatius in summa
veneratione & ut sanctus & perfectus semper fuit qui summi
prudentissimiq. Pontifices nunquam in tanta opinione sanctis
habuisent hominem quem nulla excelentis vite fama comm
endasset adde incuria etiam fecisse Deoq. mirauile vocatione
seculari militia abstratum in ducem a fundatore ordinis Religiosi
ab Apostolica sede confirmate dum uiueret elegit ac post mortem
multis nouis illustrauit miraculis iis q. Episcoporum iudicio examinatis apro
batis Deus enim qui neq. fallere neq. falli potest nunquam testimo
nium excelentius per miracula daret illi homini quem nulla
excelentis vite fama commendasset.

Utrum aut interrogari posint de fide qui mortuos nondum canonica
tos plus iusto venerari videntur non est meum iudicare, meum tamen
erit monere ut videant ad quos hoc iudicium pertinet an sit interro
gandus de fide qui sine ulla distintione absolute afirmat Episcopis
olim licuisse sanctos canonizare quod comunis doctorum sententia
libet in propium esse summi Pontifices utreq. collegio Cardium.

3 3.

Neq. concilio generali tribui posit itaq. Hæc sufficiant in præsenti non enim totum scriptum discutiendum suscepisse ~~[illegible]~~ ad ea solum quæ ad me quoquo modo pertinebant.

Robertus Cardinalis Bellarminus

354 fox.

5 - 139 + 223 fol. + fol. 2º [illegible] (en bl.) + 51 - 58, 67 - 77 - 92 16 -

en bl. fol. [illegible] = Falta fol. 16 [illegible]

14 - Mayo 1912

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

7

No Caja
1
A-44